



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Pro obtainenda æterna Beatitudine, SS. Augustini & Bernardi fiducia. xxvij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](#)

Pro obtainenda æterna Beatitudine, S S. Au-
gustini & Bernardi fiducia.

CAPUT

XXVII.

Nihil tam ad mortem amarum, quod morte Christi
non sanetur. Tota spes mea est in morte Domini
mei. Mors eius Meritum meum, refugium meum, salus,
vita & resurrectio mea. Meritum meum Miseratio
Domini. Non sum meriti inops, quandiu ille miserationis
Dominus non defuerit. Et, si misericordia Domini
multe, multus ego sum in meritis. Quanto ille potentior
est ad saluandum: tanto sum ego securior. Peccavi pec-
catum grande, & multorum sum mihi conscius delicto-
rum: nec sic despero, quoniam ubi abundauit deli-
ctum, superabundauit & gratia. Qui de venia pecca-
torum suorum desperat, negat Deum esse misericordem.
Magnam iniuriam Deo facit, qui de eius misericordia
diffidit. Quantum in se est, negat Deum habere C H A-
RITATEM, VERITATEM, & POTESTA-
TEM, quibus tota spes mea consistit: scilicet in Cha-
ritate adoptionis: in Veritate promissionis: & in Pote-
state redditionis. Murmuret iam quantum voluerit in-
sipiens cogitatio mea, dicens: Quis enim es tu, aut quan-
ta est illa gloria: quibusque meritis hanc obtinere speras?
Et ego fiducialiter respondebo: Scio cui credidi, & cer-
tus sum: quia in charitate nimia adoptauit me in filium:
quia verax in promissione: quia potens in exhibi-
tione: licet enim ei facere quod voluerit. Tria igitur
hac sic roborant & confirmant cor meum, ut nulla me
penuria meritorum, nulla consideratio propria vilitatis,
nulla estimatio cœlestis Beatitudinis, ab altitudine Spei
deycere possit in ea firmiter radicatum. Hic est funicu-
lus triplex, qui difficile rumpitur: quem nobis a patria
nostra in hunc carcerem usque demissum firmiter te-

August. Ma-
nual. cap. 22.

& 23.

Bernard.

Serm. 3.

de septem
panib.

Rom. 6.

Eccl. 4.

I S

ucamus.

Pro



138 CVR MORS FORMIDABILIS. CAUSA VI.
neamus, ut ipse nos sublenet, ipse nos trahat & pertra-
bat usque ad conspectum gloriae magni Dei: qui est be-
neditus in secula.

Alia D. Bernardi fiducia.

CAPUT. **F**ateor, non sum dignus ego: nec propriis possum me-
xxviii. **F**ritis Regnum obtainere celorum. Ceterum dupli-
Vitae Ber-
ardi lib. I.
cap. 12. **iure illud obtainens Dominus meus IESVS CHRISTVS,**
hæreditate scilicet Patris, & merito Passionis: altero ipse
contentus, alterum mihi donat: ex cuius dono iure illud
mihi vendicans, non confundor.

De Spe, Meditatio eiusdem D. Bernardi: ad versi-
colum Psalmi 90. Quoniam in me sperauit, libe-
rabo eum, &c.

CAPUT.
xxix. **D**Ulcissima liberalitas, in se sperantibus non deesse.
Serm. 15. in
Psalms. Qui
habitat.
Psalms. 21.

Eccl. 2.

Psalms. 61.

Deut. 11.

CITATIONE
xxx. **D**Hoc enim totum hominis Meritum, si totam
spem suam ponat in eo, qui totum hominem saluum fa-
cit. In te sperauerunt Domine patres nostri: sperauerunt,
& liberastrí eos. Ad te clamauerunt & salus facti sunt:
in te sperauerunt & non sunt confusi. **Q**uis enim spera-
uit in te, & confusus est? Sperare in eum omnis congrega-
tio populi, effundit coram illo corda vestra: Deus adiu-
tor noster in eternum. **Q**uemcunque, inquit, locum cal-
cauerit pes vester: vester erit. Pes noster, utique Spes
nostra: quantumcunque illa processerit, obtinebimus: si
tamen in Deum tota figatur, ut firma sit, & non turbet.

CAPUT.
xxx. **D**e eadem Spe, dulcissima D. Augustini
August. 83.
Quest. ca. 6.

Sententia.

CHRISTO duce ab oneribus & laboribus huius pere-
grinationis nostre, tuncquam ab Egypto libera-
muntur.